



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE *DEI GENETRIX MARIA* IMAGO BEATAE MARiae VIRGINIS  
SUB TITULO «PORTA MISERICORDIAE»,  
QUAE IN TEMPLO TRANSFIGURATIONIS DOMINI IAROSLAVIAE COLITUR,  
PRETIOSO DIADEMATE REDIMITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Dei Genetrix Maria «ea quidem est quae divinae  
misericordiae interius percipit mysterium» (*Dives in misericordia*, 9); hac sane signification eam iure vocitamus Portam  
Misericordiae, quae toti generi human aperit thesauro divinae miserationis. Et merito a multis saeculis populus fidelis  
ad eam peregrinatur, humiliter implorans Virginis potentis intercessionem apud divinum Salvatorem. Iguitur,  
Excellentissimo Domino Ioanni Martyniak, Episcopo Premisiensi ritus Byzantini Ucraini, qui litteris die XXVIII mensis  
Novembris superiore anno datis communia vota cleri et Christifidelium exprompsit, concedimus libentes ut pulchram  
valde multisque gratiis praeclaram imaginem Beatae Mariae Virginis sub titulo «Porta Misericordiae» quae in templo  
Transfigurationis Domini urbis Iaroslaviae pie colitur, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate redimire possit.  
Contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI  
mensis Octobris, Beatae Mariae Virginis Matris Ecclesiae recurrente memoria, anno MCMXCV, Pontificatus Nostri  
septimo decimo.* ANGELUS card. SODANO

*Secretarius Status © Copyright 1995 - Libreria Editrice Vaticana*

---

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana